



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Catalogus Abbatum Monasterij SS Petri & Pauli in Wesseprun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

rum in modum crucis è terra bullientem ostendit. Ibi Rex Monasterium eiusdem nominis coöperante sibi *Bonifacio Moguntino* ædificauit, & possessionibus ampliauit. Vbi primus Abbas *Ilfungus Althabensis* inferioris Monachus, qui post XL. annos, quibus religiofè præfuit diem obiit. Otilo prius Rex postea *Boiaria* in prouinciam redacta, *Althaba* monasterium suo fundauit allodio & sepultus est cum vxore in *Osterhouen*, quod nihilominus monasterium sub regula sancti *Benedicti* egregiè latis. Dux ipse construxerat.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis: Abbati & Conuentui Monasterij sancti *Petri* in *Wessebrunn*, ordinis sancti *Benedicti Augustensis* Diocesis, salutem & apostolicam benedictionem. Et poscit vestræ deuotionis sinceritatis, & religionis promeretur honestas, vt tam vos quos speciali dilectione prosequimur, quam Monasteriũ vestrũ dignis honoribus. attollam. Hinc est quod nos vestris supplicationibus in hac parte inclinati, vt tu Abbas & successores tui Abbates dicti Monasterij qui pro tempore fuerint, Mitra, Anulo, & aliis pontificalibus insigniis liberè possitis vti, nec non quod in dicto Monasterio & Prioratibus eidem Monasterio subiectis, aut parrochialibus, aut aliis Ecclesiis ad vos communiter vel diuisim pertinentibus, quamuis vobis pleno jure non subsint benedictionem solennem post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemniam, dummodo in benedictione huiusmodi aliquis Antistes, vel sedis apostolicæ legatus præsens non fuerit, elargiri possitis fælicis recordationis *Alexandri* papæ quarti prædecessoris nostri, quæ incipit; Abbates & alii quibuscunq; constitutionibus apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus vobis & eiusdem successoribus auctoritate apostolica de specialigratia tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Data *Rome* apud sanctum *Petrum*, tertio Calendas Nouembris, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Oål.

M de Sancta Agata.
Ia. de Papis.

Io. de Bononia.

Catalogus Abbatum Monasterij SS

Petri & Pauli in Wessebrun.

- I. *Ilfungus* Abbas intrauit Abbatiam Anno 758. præfuit 41. annos.
- II. *Adelmarus* Abbas successit anno 799. præfuit ar. 32.
- III. *Reimundus* Ab. electus est An. 831. præfuit 43. annos.
- IV. *Adelhelmus* Ab. confirmatus est anno 874. præfuit an. 12.
- V. *Schnello* Ab. intrauit Abbatiam anno 886. præfuit 18. an.
- VI. *Hatto* Abbas successit anno 904. præfuit ann. 2.
- VII. *Sigmarus* Ab. electus est an. 906. præfuit cum sequente Abbate 36. annos.
- VIII. *Benedictus* Ab. præf. cum Priore abbate 36. an.
- IX. *Beatus Thiento* electus est anno 942. præfuit 13. an. tunc in *Schreiberg* cum 6. fratribus ab. *Hungaris* martyrizatus est, anno 955. quibus successerunt Canonici regulares ord. S. Augustini. His præfuerunt Præpositi 7. sequentes. 110. annos.

Richard.

Richardus primus Præpositus.

Germanus secundus Præpositus.

Gunthardus tertius.

Hartmannus quartus.

Anselmus quintus.

Sympertus sextus.

X. *Albero* septimus Præpositus qui abdicato habitu Canonicorum, habitum sancti *Benedicti* induit, in Abbatem creatus est, anno 1065. præfuit quadraginta sex annos.

- XI. *Sighardus* Abbas successit anno 1110. præfuit 19. annos.
- XII. *Adalbertus* Abbas electus est an. 1128. præfuit unum annum.
- XIII. *Beatus Balto* Abbas, creatus est anno, 1129. præfuit an. 26. qui aquam in vinum vertit, facta cruce, & alia plura miracula fecit.
- XIV. *Norbertus* Abbas electus est anno 1156. præfuit 4. annos.
- XV. *Luitoldus* Abbas successit anno 1169. præfuit 6. annos.
- XVI. *Conradus* Abbas electus est anno 1166. præfuit 40. dies.
- XVII. *Vdalricus* Abbas successit an. 1166. præfuit 6. an.
- XVIII. *Sigibaldus* Abbas intrauit Abbatiam anno 1172. præfuit 28. an.
- XIX. *Albertus* Abbas creatus est anno 1200. præfuit 20. annos.
- XX. *Conradus* Abbas electus est anno 1220. præfuit 23. annos.
- XXI. *Walchunus* Abbas confirmatus est anno 1243. præfuit 11. annos.
- XXII. *Otto* Abbas ingressus est Abbatiam, an. 1254. præfuit 6. annos.
- XXIII. *Vdalricus* Abbas electus est anno 1260. obiit ante confirmationem intra octo dies.
- XXIV. *Conradus* Abbas successit anno 1260. præfuit 16. annos.
- XXV. *Wernerus* Abbas electus est an. 1276. præfuit 5. annos.
- XXVI. *Vdalricus* Abbas creatus est anno 1281. præf. 5. an.
- XXVII. *Marquardus* Abbas successit an. 1286. præfuit 21. an.
- XXVIII. *Gebehardus* Abbas confirmatus est anno 1306. præfuit cum sequente Abbate 17. annos.
- XXIX. *Vdalricus* Abbas præfuit cum priore Abbate 17. annos.
- XXX. *Wernerus* Abbas successit an. 1323. præfuit 41. an.
- XXXI. *Paulus* Abbas creatus est an. 1364. præfuit 20. annos.
- XXXII. *Vdalricus* Abbas successit anno 1384. præfuit 30. an.
- XXXIII. *Eberhardus* Abbas electus est, an. 1414. præfuit 2. annos.
- XXXIV. *Petrus* Abbas creatus est an. 1416. præfuit 4. annos.
- XXXV. *Fridericus* Abbas successit anno 1420. præfuit 12. an.
- XXXVI. *Vrbanus* Abbas electus est an. 1432. præfuit 6. an.
- XXXVII. *Vdalricus* Abbas confirmatus est an. 1438. præfuit 5. an.
- XXXVIII. *Leonhardus* Abbas successit an. 1443. præfuit 17. an.
- XXXIX. *Paulus* Abbas electus est an. 1460. præfuit 26. an.
- XL. *Ioannes* Abbas creatus est anno 1486. præfuit 7. an.
- XLI. *Petrus* Abbas successit an. 1493. præfuit 6. annos.
- XLII. *Heinricus* Abbas electus est an. 1499. præfuit 10. annos.
- XLIII. *Casparus* Abbas successit an. 1508. præfuit 18. annos.
- XLIV. *Wolfgangus* Abbas confirmatus est an. 1525. præfuit 8. an.
- XLV. *Benedictus* Abbas electus est, an. 1533. præfuit 29. an.
- XLVI. *Leonhardus* Abbas successit an. 1562. præfuit 10. an.
- XLVII. *Gregorius* Abbas creatus est, anno 1571. præfuit 17. annos.

XLVIII, *Bene-*

XLVIII. *Benedictus* Abbas electus est, anno 1589. præfuit 9. an.

XLIX. *Georgius* Abbas ingressus est Abbatiam an. 1598. præf. 8. an.

L. *Gregorius* Abbas modernus electus est in Abbatem huius Monasterij anno 1607. tertia die mensis Martij.

WINDPERG.

MONASTERIVM Ordinis Præmonstratensium vltra Danubium, Bohe-
miam versus; Fundatum est hoc Monasterium, per potentissimos Comi-
tes de Pogen, ita enim habent Annales Ioan. Auent. fol. 622. & fol. 691. Alber-
tus Comes à Pogen, filius Hartuici & Litogardæ id est Luickardæ, vxor Hed-
vvig, Liberi Albertus, Berchtoldus, Hartvvicus, arcem Windberg Monachis
D. Nortperti, Archiepif. Magdeburgen. tradunt. Fuit autem hic Comes Alber-
tus primus huius nominis, quem dicitur Auent. obiisse Anno 1147. Ita-
quoq; habet sepultura huius 5. idus Ianuarij. Sed Bulla Eugenij Papæ tertij, su-
per fundatione ac priuilegijs illius Monasterij, Anno 1146. edita, testatur, ipsum
fundatorem iam tum defunctum fuisse, in qua etiam fit commemoratio bono-
rum illius, nempe Ecclesia, cum dote sua, vulgariter, *Das Gottehaus / sampt
dem aigen zu Saffaw / sylua juxta viam Mulpach, Firlpach, Anabrach, Salching,
Waxenberg, Menkhouen, Vmpach,* cum pertinentijs eorundem. Addit inter
alia priuilegia hoc, quod maior natus inter Comites de Pogen, semper debeesse
eius Aduocatus ac protector, ita tamen, vt nullis exactionibus grauet. Item ibi
fit prouiso de Decimis, de sepulturis ac alijs &c. Quæ confirmatio Pontificis,
ipsam fundationem breui consecuta est. Castrum Windenberch pertinuit ali-
quando ad Duces Meranic. Otto Dux vendidit Manegoldo Episcopo Patauien-
si, vnâ cum quodam Comitatu à Regij fluminis ponte, vsq; ad Ilcensem fluui-
lum &c. pro 1800. Marcis; quod confirmat Philippus Roman. Rex, Anno 1207.
Orta deinde dissensione inter Episcopum Patauien. ex vna, & Albertum Com.
à Pogen, altera, partibus ob Comitiam Windebergen. Comes iniuriatus Episco-
po, Ludouicus & Otto filius Comites Palatini Rheni Duces Bauariæ in Lan-
dau, vbi Episcopus tum Romanus transibat, composuerunt ita, vt Comes Al-
bertus fateretur ob amorem dilecti sui consanguinei Gebhardi Episcopi Pata-
uiensis, se vi ac nullo iure hæcenus possedisse. Cui Episcopus contulit in feudum
Sebach & partem dictæ Comitæ de nouo, eo pacto vt vetera feuda non abalie-
naret: extat diploma prædicti Ducis Ludouici dicto An. 1228. Patauiæ. Hain-
ricus, Otto & Hainricus Duces Inferioris Bauariæ propter maxima damna in-
præteritis illorum Ducum bellis illata & perpeffa, danç huic Monasterio immu-
nitatem Teloneorum salis per Oenum vehendi, Anno, 1327.

ALBERTVS tertius Comes à Pogen, post deuictam Ciuitatem Spole-
tanam in Tuscia, inde ad hoc Monasterium transtulit corpora S. Sabini Epif. &
S. Serenæ Viduæ, Martyrum &c. Huius filius Albertus quartus & vltimus huius
familie, tradidit Mon. huic, cuius Aduocatus erat, pro reconciliacione damno-
rum illarorum, Ecclesiam in Viechta, & aliam Parochiam in terra Bohemorum,
dictam Schittenhouen, cum villa adiacente &c. juxta tenorem Diplomatis, q.
ibi extat huius tenoris.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Filij qui nascuntur & exurgunt, nar-
rent filiis suis & successoribus, quod ego Albertus Comes de Pogen, Aduoca-
tus Windpergensis Ecclesiæ, ob meorum facinorum enormitatem & fratrum
meorū defunctorum, Luipoldi & Berchtoldi larga Dei clementia cooperantè,
trans-